Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



PARA

ē oppriment abeis. Qui affligit egenum
exprobrat factori eius. Qui autem misericors est
pauperi honorabit eum. Qui sperat in domino
iustus est. Qui autem contribulatus est in
malis non erit innocens. Qui custodit legem
filius est sapiens. Qui autem pascit luxuriosos
confundit patrem suum. Multi amici divitis
adiuvantur. Et pauperi adversantur proximi
eius. Omnes fratres egeni persecuntur eum.
Et qui prosequitur verba non habebit
illum. Qui possidet sapientiam diligit animam
suam. Custodiens prudentiam inveniet
bona. Testis falsus non erit impunitus.
Et qui loquitur mendacia non evadet.
Multi colunt faciem potentis. Et
amicus est omnium timentium
se. Omnes fratres inopis persecuntur
eum. Et quanto magis amici eius
longe fugient ab eo. Persequens
verba non habebit illum. Qui